Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Necidea contexerum uideri potest quod uel hic dicit quae ille
praeter mittit uel ille commemorat quae iste non dicit sed
quaerat quando fieri potuerunt quae contexit. Matheus
de profectione in aegyptum atq: inde regressione post herodis
mortem usque in ciuitate nazareth habitarent. quos uero lu
cas postea quam fecerunt in templo circa puerum omnia
secundum legem dni reuersus esse commemorat hic pro
inde cognoscendum e quod incepsa dicere talia ualeat
Nesimiliter moueant animumq: contur bent sicunumquemq:
euangelistam contexere narrationem suam ut tamquam
nihil praeter mittentes series digesta uideatur tacitus
enim quae non uult dicere sicut a quae uult dicere illis quae
dicebat adiungit ipsa continuo sequi uideantur. sed cum
alter ea dicit quae alter tacuit diligenter ordo conside
retur. Indicat locum ubi ea potuerit a quo praetermissa
sunt intensilire uta quae dicere intenderit ea superi
oribus copulare et ta quae ipsa nullis interpositis sequeren
tur ac per hoc intellegitur matheus ubi ait somnio ad
monitus magos ire redirent per herodem et per aliam uiam
regressus in regionem suam. Illic praetermisisse
quae lucas narrauit gesta circa dnm in templo et dicta
a simeone et anna ubi rursus lucas praetermittens
per fectione in aegyptum quam narrat mathes tamquam
continuam contexuit regressionem ad ciuitatem
nazareth. Si quis autem uelit unam narrationem
ex omnibus quae de xpi nativitate et infantia uel pu
eritia in uterusque narrationem a alter utro seu dicun
tur seu praeter mittantur ordinare sic potest.
Xpi autem generatio sic erat. Fuit in diebus hero
dis regis iuda sacerdos quidam nomine zaccha
rias de uicebia et uxor illi de filiabus aaron et nomen
eius elisabeth. Erant autem iusti ambo ante dm